

42. **Meiracyllium Wendlandi**: foliis cuneato oblongis apiculatis distantibus, labello retuso, medio abrupte acuminato.

Rhizoma rectum seu fractiflexum vaginis apice fuscatis densissime vestitum. Radices adventitiae crassiores. Folia ultra pollicaria, cuneato oblonga seu obovata apiculata, inferne limbo violaceo aspersa. Tela haud ita crassa fuisse visa, ac in foliis praecedentis, cum folia haud ita sint rugosa. Racemus pauciflorus. Bractee triangulae ovariis longipedicellatis multoties breviores, minores, quam in praecedenti. Ovaria pedicellata longiora, quam in praecedenti, pollicaria. Sepala ligulata acuta, lateralia basi gibba. Tepala ligulata rhombea subbreviora. Labellum flabellatum retusum cum apiculo abrupto in medio. Columna brevis, illi praecedentis speciei subaequalis, fovea supra basin. Anthera pyriformis per lineam mediam carinata. Cl. detectori inscriptum.

„Blüthe roth.“

Rio Sucio in Guatemala. 10. 2. 1857.